

a Spirensi episcopo, quibus in locis eandem
 pecuniam recondi deberet. Respondit.
 pecuniam illam, et quamlibet aliam,
 minime fore recondendam, sed regni e-
 am principibus esse erogandam, quate-
 nus de ea illorum expensis, circa regni
 confirmationem habitis, satis faceret: et
 tunc consilio ejus pecuniam expendere-
 trasbat. Audita itaque mirifica regis
 liberalitate, omnium clamor ad subje-
 ctionem regis cum condigno favore ex-
 tollitur. [Eodem tempore regina Gertru-
 tudis, mater Beate Elisabeth, magnatis
 horum proceribus regni in mortem ejus
 sub malitiose conspirantibus, crudeliter
 interfecta est. Dixit etiam episcopus Spi-
 rensis in ecclesia ^{sancti} Martini Magnifice-
 ntiam coram omnibus causam, quare electus
 esset novus rex contra Ottonem. Quia
 ille dejectus Otto presumebat, quod de
 sua capitibus omnium ordinandorum voluit
 habere unum florenum. De quolibet
 aratro unum florenum. De prostibulis,
 de qualibet domo etc. Et quod quilibet
 archiepiscopus contentus deberet esse du-
 decim equis, quilibet episcopus sex,
 quilibet abbas tribus, reliquum vellet
 tollere sibi et suis. Auditis istis, qui pre-
 sentes erant, infremuerunt contra fa-
 miliares Ottonis. Denique rex junior
 digno favore attollitur, omnium voci-
 bus honoratur. Tunc aliqui in oppro-
 brium
 rem sibi pararet adiuturum.